

Juris Majndemburgensis

bonis suis mobilibus inquatum voluerit

De pueris hereditantibus et exhereditatis

¶ Vir pueros habuerit: aut mulier. quicumque ex ijs exhereditati fuerint. Si moritur vir. hijs pueri: qui in hereditate patris sunt: recipiunt bona: et non hijs qui exhereditati sunt. Sed hereditatem vendere non possunt: absque coheredum consensu. Hijs pueri qui in patris mortis tempore fuerint. si ex ijs unus moritur: istius partem diuidant inter se equaliter: tam exhereditati: quam etiam domestici.

De inficatione possessionum.

¶ Quando alicui sua possessio publicata seu inficata fuerit: iuste ac iudicialiter quies exit vel intrat: toties penam iudici demetur. Ita si publicatio super ipsum rite ac iuste sit acquisita.

De re possessa per annum et diem iudicialiter

¶ Quicquid vir dederit. sub iudicio bannito: et si possessor hunc possederit pacifice et quiete absque arrestatione et dictatione aliquo anno et die. hunc prius et melius obtinere potest cum iudice et Scabinis. quam aliquis ab ipso possit exburgare seu alienare.

De re possessa per annum et diem iudicialiter.

¶ Quod si Iudex et Scabini mortui fuerint. quod tamen bannum cum alijs fidedignis ad minus duobus Scabinis: et quatuor viris probitate probatis testimonio probetur: et sic bona donata sibi obtinebit.

De legationibus seu donis in lecto egritudinis.

¶ Eiusmodi masculus: nec vlla mulier possunt in loco egritudinis de bonis suis alicui ultra tres solidos dare. absque heredum consensu seu voluntate: nec mulier sine consensu mariti.

De hereditate fratre et sorore carere

¶ Quod si hereditas in fratribus et sororibus defectum habuerit: tunc omnes hijs qui se in linea equali consanguinitatis ostendere poterint in hereditate succedunt equaliter. siue sint masculi siue femine. ex paterna et materna consanguinitate.

Quomodo sacerdos cum sorore de diuidere suppellectilia

¶ Qui autem in possessione masculi fuerit. et si bannus sacerdos fuerit. tamen suppellectilia recipit et hunc si nulla puella ibi fuerit. Si autem puella fuerit et etiam sacerdos. suppellectilia tamen inter se diuidunt equali forma.

De dono iudicialiter facto

¶ Quicquid masculus dat in iudicio bannito coram iudice et Scabinis ibi

¶ A iij